



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

alicuius episcopalis vel superioris ecclesiastice curie munito tanquam prefatis si originales exhiberentur litteris: et inde steretur ac si originales sic foret exhibite: vel ostense. Datum Rome apud sanctum petrum ab anno incarnationis domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo kalendas Junij Pontificatus nostri Anno tertio. **Omnia ista octavas sacramenti protulit sicur in die festo. Sed in vespertis non dicitur R. et p. p. m. b. n. a. n. a.** Loquere domine quod audit seruus tuus. **Ps. Trespertina oratio. Collecta Deus in te sperantium non pla. Le. 1.**

Huius sacramenti figura precessit quando manna pluit deus patribus in deserto qui quotidiano celi pascebantur alimento. Unde dicitur etrum est panem angelorum manducauit homo. Sed tamen panem illum qui manducauerit omnes in deserto mortui sunt: ista autem esca quam accipitis iste panis viuus qui de celo descendit vite eterne substantiam ministrat. Et quicumque hunc panem manducauerit non morietur in eternum quia corpus christi est. **Le. 11.**

Considera utrum nunc presentior sit panis angelorum: an caro christi que utique est corpus vite. **Manna illud de celo hoc**

super celum. Illud celi hoc domini minus celorum. Illud corruptioni obnoxium si in die alterum seruetur hoc alienum ab omni corruptione. Quicumque religiose gustauerit corruptionem sentire non poterit. **Tu. Lectio.**

Illis aqua de petra fluxit tibi sanguis ex christo. Illos ad horam satiauit aqua te sanguis diluit in eternum. Iudeus bibit et sitit tu cum biberis sitire non poteris: et illud in ymbra hoc in veritate. **Tu aut. Lectio.**

Si illud quod miraris ymbra est quantum est istud cuius ymbra miraris. Audi quia ymbra est que apud presens facta est. Bibebant inquit de spiritali consequente eos petra: petra autem erat christus. Sed non in pluribus complacitum est deo. nam prostrati sunt in deserto. Hec autem facta sunt in figura nostri. **Tu aut. Lectio. v.**

Cognouisti potiora. Potior est enim lux quam ymbra: veritas quam figura: corpus auctoris quam manna de celo. Forte dicis aliquid video. Quomodo tu mihi afferis quod corpus christi accipias? **Et hoc nobis superest quod probemus. Tu aut. Lectio sexta.**

Quantis igitur utimur exemplis ut probemus hoc non esse quod natura formauit sed quod benedictio consecrauit. **Manoremque vim esse benedictionis**
do iij